

# **Sermo januensis**

Albertanus Brixensis

[Hic est sermo quem Albertanus causidicus Brixensis composuit et edidit inter causidicos januenses et quosdam notarios super confirmatione vitæ illorum tempore domini Manuelis de Madio potestatis januæ currente M.CC.XLIII in domo viridarii domini Petri de Nigro causidici in die s. Nicholai.]

Congregatio nostra sit in nomine Domini a quo est omne datum optimum et omnemdonum perfectum descendens a patre lumen, apud quem non est trasmutationec vicissitudinis obumbratio. Licet a Sapiente dictum sit «Inter sapientes non audeas loqui» tamen non confusus de mea scientia, sed de Christi misericordia qui dixit: vos non estis qui loquimini, sed Spiritus Patris mei qui loquitur in vobis, confisus etiam de vestra benigna audientia loquar inter vos sapientes verba. Domini dicentis «vos estis sal terræ, quod sis al evanuerit in quo salietur? ad nihilum valet ultra nisi eiiciatur foraset conculceretur ab hominibus».

Quamvis verba ista dicta sint Apostolis per Dominum Nostrum Iesum Christum, tamen et vobis sapientibus per quandam similitudinem verba prædicta: vos estis sal terræ, dici possunt, quia sicut per Apostolos Christiani reductisunt ad saporem fidei et dulcedinem eternæ vitæ, ita et per vos vestramque sapientiam reduci debent omnes actus hominum ad vos confluentum causa consilii vel adjutorii, ad saporem rationis et salsedinem justitiae, ac dulcedinem præceptorum juris. Scire namque, fratres, debetis quod Sacerdotes nostri quando nos Christianos fecerunt, in ore cujuslibet nostrum salem apposuerunt dicentes «Accipe sal sapientiae ut tibi proficiat advitam eternam». Salem sapientiae in ore habere debemus secundum beatum Paulum qui ait in Epistola ad Colossenses: sermo vester semper in grano salesit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.

Quare videndum est, quid sit initium sapientiae, quid sit sapientia, quæsint sapientiae commoda.

Etenim initium Sapientiae est timor Domini ut propheta dixit. Nam qui timet Deum, omnia timet eum. Qui vero non timet Deum timet omnia, ut quidam philosophus dixit; et aliud dixit: timor Domini sit negotiatio tua et veniet tibi aurum sine labore. Sapientia vero est perfectum bonum mentis humanæ adivinarum et humanarum rerum scientia, ut dixit Seneca. Sapientiae verocommoda sunt infinita, nam ut dixit Salomon in Proverbiis: melior est Sapientia cunctis speciosis opibus, et omne desiderabile ei non poterit comparari. Et iterum: dic Sapientiae soror mea es: et prudentiam voca amicam tuam. Et iterum: posside sapientiam quia auro melior est argento. Et Jesus Sirach dixit: vinum et musica letificant cor, et super utraque dilectio sapientiae. Et pro certo est sciendum, sapientiam esse talis virtutis quod sine studio sapientiae nemo beate vivere possit et sine sapientia animi æger dicatur ut Seneca in Epistolis dixit. Sapientia enim animum firmat et fabricat, vitam disponit, regit actiones, agenda et omittenda demonstrat hæc nos debet tueri; Sapientia docebit ut Deum sequare feras causas discutit hæc exigit ut ad legem suam quisque vivat nec a rationem vitæ dissidentiat.

Hæc ita hominem sapientem facit ut a quodam philosopho dicitur: Sapiens fert arma contra

omnes dum cogitat. Dicitur enim sapientia est scientiasapore virtutum condita. Ad hoc ergo, ut habeamus scientiam sapore virtutumcondita videamus quid sit scientia, quid sit virtus et quibus modis saporevirtutum condiatur.

Scientia est nobilis possessio quæ distributa multipliciter suscipitincrementum et avarum dedignatur possessorem, et nisi publicetur citoelabitur et evanescit. Publicari ergo debet et disputari scientia, utaugmentetur et incrementum recipiat. Quare Seneca dicit de formula honeste vitæ Nullius imprudentiam despicias; rari sermonis ipse, sedloquentium patiens, severus ac serus, ilaris non aspernans; sapientiæcupidus et docilis, quæ scieris sine arrogantia postulanti impartiens, quænescieris sine occultatione ignorantiae tibi benigne postula impertiri.

Virtus autem secundum Augustinum est habitus mentis bene constitutæsecundum humanam naturam consentaneam rationi. Conditur vero scientia saporevirtutum et ad sapientiam reducitur, ut per eam reducatur actus hominum adsaporem rationis et salsedinem justitiae et juris præceptorum dulcedinemduobus modis, videlicet locutione septemplici et etiam virtutis exercitiotripli.

Namque in primis, cum homines ad nos confluunt causa consilii vel ausilihabendi, curare debemus ut vereri et diligere videamus. Postea vero debemuseos alloqui bene et bona eis dicere, ut eos trahantur ad nostram amicitiam,nam ut ait Salomon: principium amicitiæ est bene loqui. Male dicere estexordium inimicitiarum.

Secunda vero allocutione debemus loqui dulciter et dulcia verba proferre.Nam ut idem ait: Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos, indeetiam dici consuevit: silva tenet leporem sapientis lingua leporem. Et Panphilus dixit: Excitat et nutrit facundia dulcis amorem.

Tertia vero allocutione debemus loqui molliter et molles responsoneshabere, nam ut idem ait: mollis responsio frangit iram, sermo quoque durusexcitat furorem.

Quarta vero allocutione debemus loqui pulchre et honeste et pulchra verbaproferre, turpibus penitus ommissis, nam dixit Beatus Paulus: Turpiacolloquia bonos mores corrumpunt. Et Seneca de formula honestæ vitæ dixit:a verbis quoque turpibus abstineto, quia licentia eorum imprudentiam nutrit.Et Salomon dixit: homo assuetis in verbis improperii non eruditetur cunctisdiebus vitæ suæ Et Socrates dicit: quæ facere turpe est, ea necdicere honestum puto.

Quinta vero allocutione debemus loqui composite et verba composita et ornatadicere; nam ut ait Salomon: Favus mellis verba composita dulcedo animæ etsanitas est ossium; et Cassiodorus dixit: loqui hominibus communiter datumest, solus ornatus est qui discernit indoctos.

Sexta vero allocutione debemus loqui scienter, ut ea quæ proferimus certaet cognita sint Unde quidem sapiens cum interrogatus esset ab alioquomodo posset optime dicere, respondit: si tantummodo dixeris quod benescieris; non enim dicere debemus verba obscura vel ambigua vel

sophistica. Nam nihil interest neget quis vel taceat an obscure respondeat quantum adhoc ut incertum dimitiat interrogantem, ut lex dicit. Unde etiam quidamphilosophus dicit: Sanctius est esse quam quod nemo intelligat dicere. Et Jesus Sirach dicit: «qui sophistice loquitur odibilisest, in omni redefraudabitur; non enim illi est a Domino data gratia».

Septima autem allocutione debemus loqui sapienter, sine dolo, fraude et malitia, bona mente et intentione et sine alterius lesione; et ita septem pluri locutione tali conditur scientia virtutum sapore.

Conditur etiam ut praedixi triplici virtutis exercitio.

Nam ut ait Tullius: Omnis virtus in rebus utitur. Quarum prima inprospiendoest quid in unaquaque re verum sincerumque sit, quid consentaneum quidconsequens, ex quibus quæque gignantur quæ cujusque rei causa sit.

Alia est cohibere motus animi turbatos et appetitiones obedientes efficerentur.

Tertia est rebus quas acquirimus uti moderate atque scienter. De quibus singulis despiciamus. In primo igitur virtutis exercitio, quando homines ad nos veniunt causa consilii vel auxiliis perspiciendum est quid verum sit, quia veritas post Deum colenda est, quæ sola Deo homines primos facit, cum ipse Deus veritas sit, ipso testante: Ego sum via veritas et vita: Quod autem adjecit Tullius, sincerumque: haec ideo dixit quia sincera et pura veritas spectanda est mendacio penitus fugato. Quare dixit Cassiodorus: Bonum est, verum si in eo nihil misceatur adversum. Et Dominus dixit: Diabolus est mendax et pater ejus. Et Salomon dixit: potius est diligendus fur quam assiduus in mendacio. Super eo vero quod adjecit consentaneum. Statim in negotio nobis proposito inspicere debemus utrum negotium illud sit consentaneum rationi an non. Similiter inspicendum est qui contradicantur negotio et qui consentiant ad hoc ut cognoscamus utrum negotium perducipossit ad effectum an non. Quid autem consequens ideo adjecit, quia quædam in principio videntur bona ex quibus multa mala sequuntur. In omnibus enim bonis duplicita mala invenies, ut Sapiens dixit. Quare inspicienda sunt, ex quibus quæque gignantur et quæ cuique rei causa sit. Quare dixit Seneca, de formula honestæ vitae, cuique rei causam requirere et cum initia invenies exitus cogitabis. Inde Pamphilus dixit:

Principium finemque simul prudentia spectat Rerum finis habet crimen et omne Verbi principium finem circumspice verbi Ut melius possit præmeditata loqui.

In secundo vero virtutis exercitio cohibere debemus motus animi turbatos et appetitiones obedientes efficere rationi; quod fieri debet dupliciter, videlicet ut cohibeamus motus turbatos animi loquentis nobis. Nam in negotionibus proposito statim recurrere debemus ad Deum et ad conscientiam nostram, et ad modum galli qui cum cantat cum alis ter se percutit. Sed si motus nostri animi in aliquo sint turbati vel odio vel precibus vel timore vel invidia vel aliquo denique excessu prædicto, a nostro animo penitus repellere debemus, Deum et conscientiam præ oculis habentes.

Similiter simotus animi loquentis nobiscum turbati sint aliqua ex prædictis causis, alia qui vult, ut ei præstemus consilium vel auxilium in mala causa, vel indicemus etiam malitias vel collusiones vel faciamus aut dicamus aliquid quod ledat pietatem vel æxtimationem aut reverentiam nostram vel suam, veletiam aliquid quod sit contra bonos mores, statim, Deum præ oculishabentes, aperta fronte debemus animi ejus motus perturbatos propossecohibere eique benigne dicere: amice non potes hoc fieri, qua facta quæpietatem nostram ledunt, vel æstimationem vel verecundiam, et, ut generaliter dicam, quæ contra bonos mores fiunt, nec nos posse facere credendum est. Nam id fieri demum dicitur quod commode fieri potest, ut leges nostræ clamant. Et si forte amicus vel vicinus vel aliquis potens velnotus institerit ut prædicta faciamus, viriliter debemus resistere, nec debemus pati ad malitiam nos trahi, sed ad modum calamitæ quæ trahit ad seferrum, eum vel illos ad nostrum bonum propositum trahere debemus, sequendopreceptum Beati Pauli dicentis: «Noli vici a malo sed vice in bono malum» et imitando consilium Salomonis qui ait: noli esse humilis in sapientia tuane humiliatus in stultitia seducaris. Nam secundum regulam amoris: non est excusatio peccati si amici causa peccaveris, amici enim crima si feras facias tua, plus etiam dicit: quia bis peccat qui peccato obsequium accommodat, et crimen sibi parat qui nocentem adjuvat, nec timeamus potentes nec illis inhereamus. Nam ut Seneca dixit: si in amicitiam et clientelam potentissimi hominis deveneris, aut amicitia aut fides perdenda est. Quare Salomon ait: advocatus a potentiore discede ex hoc enim magis te advocabit, non tamen longe sis ab eo ne in oblivione tradas.

Nunc accendum ad tertium virtutis exercitium ut Tullius ait. Tertia est rebus quas aquirimus ut moderate atque scienter. In quo notare debemus quod illos qui ad nostrum consilium vel auxilium veniunt semper nos acquirere debemus ut ab eis lucrari et eorum amicitia et lucro uti moderate atque scienter secundum virtutis proprietatem; nam ut idem Tullius dixit: proprium virtutis esse status et conciliare animos hominum et ad usus suos id est utilitate adjungere. Utilitates ergo et lucra et commoda ab eis trahere debemus; nam, ut ait Augustinus: licet advocato vendere justam advocationem et juris perito vendere consilium. Verum tamen lucrum sive commodum debet esse pulcrum et non turpe, debet esse moderatum, debet esse etiam naturale et non contra naturam.

Pulcrum debet esse, quia turpia lucra ab heredibus sunt extorquenda, ut lex nostra dicit. Quare Seneca dicit: turpe lucrum velut dispendium fugito, et alius dixit: lucrum cum mala fama damnum est appellandum.

Moderatum esse debet, videlicet cum modo. Modus est in omnibus servandus unde dici consuevit:

Est modus in rebus sunt certi denique fines, Quos ultraque citraque nequit consistere rectum.

Componitur commodum ex con et modo; nam ut ait Cassiodorus: si commodum mensura equitatis excessit, vim sui nominis non habebit.

Debet esse naturale et comune, videlicet cum commodo nostro, nam ut ait lex naturæ: equum est neminem cum alterius jactura fieri locupletiorem, plus etiam Tullius enim ait: Neque timor,

neque dolor, neque mors, neque aliquidquod extrinsecus hujusmodi accidere possit tam est contra natura quam ex alieno incomodo suum augeri commodum, maxime de exiguitate mendici; nam ut ait Cassiodorus: Ultra omnes credulitates est divitem velle fieri de exiguitate mendici. Quare mendicos et pauperes ac debiles, orphanos et viduas ac miserabiles personas, libentissime, gratis et non per pecuniam juvare debemus. Maximum enim lucrum est ex hoc sibi et Deo servire et ita predictis inspectis diligenterque cognitis, tali septemplici locutione actriplici virtutis exercitio possumus scientiam nostram saporem virtutum condire ac per sapientiam nostram omnes actus hominum ad nos confluentium reducere quippe saporem rationis et salsedinem justitiae ac dulcedinem præceptorum juris. Videamus itaque quid sit ratio, quid justitia et quæ sunt juris præcepta.

Ratio certe est quidam mentis aspectus qui dicitur naturæ imitatio, ut Seneca in Epistolis dixit; et ita definitur: ratio est vis discretiva boni et mali, liciti et illiciti, honesti et dishonesti cum electione boni et fugamali; inde etiam dicitur ratiocinatio, id est rationis inquisitio et certes apud rationis multus est. Quare ratio bene adhibita quid optimum sitconvenit, neglecta vero multis implicatur erroribus, et qui rationem secum portat totum mundum vincit. Quare quidam philosophus dixit: si vis vinceret totum mundum sub jice te rationi. Subjicere ergo debemus nos rationi; et etiam alios, cum quibus utimur, proposse nostro et ad salsedinem justitiae actus hominum reducere debemus.

Iustitia vero secundum Tullium est omnium domina et regina virtutum; quare idem Tullius dixit: fundamentum est perpetuae commendationis et famæ justitiae, sine qua nihil potest esse laudabile. Seneca vero definivit justitiam dicens: Iustitia est naturæ tacita conventio et in adjutorium moltorum inventa. In moralium vero dogmate definitur: Iustitia est virtus humanæ societatis conservatrix et communis utilitatis; secundum vero leges definitur justitia: constans et perpetua voluntas jus suum uniuersitatem tribuens. Prædictis vero pensatis ac multis aliis quæ de justitia dicimus. Et Jesus Sirach ait: Filii agonizare pro anima tua et usque ad mortem certa pro justitia et Dominus expugnabit pro te omnes inimicos tuos.

Iuris quoque præcepta quæ maximam dulcedinem habent sunt hæc: honestevivere, alterum non ledere suum cuique tribuere. Servemus ergo prædicta et in nobis locum habebit lex dicens: militant namque patroni causarum gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam posteros quæ defendere; vox enim nostra videlicet fama nostra gloria erit. Est enim gloria frequens de aliquo fama cum laude, quam famam multum affectare debemus; ait enim Paulus: quæcumque sunt bonæ famæ hec cogitate, et Jesus Sirach dixit: lux oculorum letificat animam et fama bona impinguat ossa; et alibi: curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit quam milles thesauri et magni et pretiosi. Et alius dixit: casset omnis virtus nisi famalate pateat et erimus confisi munimine sive amore civium, «unum enim est inespugnabile munimentum sive amor civium, ut Tullius dixit» qui etiam ait: omnium rerum nec quidquam aptus est ad opes tuendas et retinendas quam diligi.

Nihil tamen alienius quam timeri, perclare enim homines quem metuunt oderunt, quod quisque autem odit perisse expetit. Nullas opes multorum odiis obsistere posse, et si comunia ignotum servat modo autem cognitum; nihil enim est stultius quam in libera civitate velle timeri. Necesse est enim ut multos timeat quem multi timent; et ita defendimus spem et vitam aliorum ethnostram quæ esse debet aliorum magistra, et etiam posteriorum negotiageremus eosque

defendemus instruendo eos gratia virtutum; nam ut ait Tullius: optima hæreditas creditur a parentibus filiis omniq[ue] patrimonioprestantior gloria virtutis rerumque gestarum. Quare etiam Seneca dixit: nullus mihi dies per otium transit, parcio noctem, nocturnis studiis non vaco somno, sed succumbo et oculos vigilia fatigatos cadentesque in opere et castigatos quod detineo posterorum negotia gero quæ possint esse utilia illis scribo salutares ammonitiones vel de medicamento similes eis præpones; et hæc quæ dixi vobis intelligantur Causidicis dicta et vobis Notariis sive Tabellionibus. Vere vobis tabellionibus per similitudinem dicipotest: vos estis sal terræ, quia sicut per salem omnes fere cibiconduntur et saporem accipiunt ita per vestrum officium ac sapientiam omnes fere actus hominum conduntur et saporem firmitatis accipiunt, et dicere possunt laici: sine vobis litteratis nihil possumus facere. Nam ut ait Cassiodorus: non est in mundo ita bona fortuna quam non augeat litterarum gloria notitia. Simus ergo sal sapientiæ eumque in ore habeamus quod sis al evanuerit in quo salietur, non eritis judices, quia ut ait, ut Dominus dixit: tam diu videre quis dicitur quam diu justus putatur; nomen enim quod ab æquitate sumitur per superbiam non tenetur, nec eritis veri defensores, nam ut idem ait: vere defensor dictus qui innoxie defendit, nec eritis sapientes quia sapientia hujus mundi stultitia apud Deum. Cassiodorus dixit. Nec eritis tabelliones sed dolosi et falsarii de quolibet vestrum dicipoterit cum Propheta qui ait: cujus os de amaritudine et dolore plenum est sub lingua ejus dolor et labor, et de omnibus vobis dici poterit: sepulchrumpatens est guttur eorum linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum; judica illos Deus. Eiciendi erimus foras conculcandi, ab omnibus, non solum ab hominibus, sed etiam in inferno a diabolis. Habeamus ita in ore salem sapientiæ qui nobis proficiat ad vitam æternam, ad quam ille nos perducat qui sine fine vivit et regnat.